

Domin⁹ Castri Jureñ alias Wyroaz cō
cedit omnib⁹ habitū z tonsuram Lister-
cieñ ordinis habentib⁹ liberū transitum
per omnē terram suam p̄ ipsis et rebus
eorum absq³ pedagio z exactione.

Ego Henricus dominus castri Jurensis qđ alio nomine
dicitur Wyroaz laude z assensu Amaldrici z Hugonis filiorū
meorū concedo imppetuum liberum trāsitū per omnē terram
meā omnibus qui habitū z tōsuram Listercieñ ordinis habue-
rint tam sibi q̄ vecturis z rebus suis absq³ pedagio z absq³ vl-
la exactione p̄ remedio anime mee z antecessorum meorū in te-
stimoniū huius cōcessionis presenti pagine sigillū meum appo-
sui. Actū anno dñi M. cc. xxvij.

Dominus de Melin dat vniuersis eccle-
sijs Listercieñ ordinis pedagium quod ha-
bet apud melin z in tota terra sua de om-
nibus rebus quas duxerint vel portau-
erint z occasione eius fecerunt eum parti-
cipem omniū bonorum que fiunt in do-
mibus eorum.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi qđ ego
Bosluinus miles de Adelin assensu Elisille vxoris mee ob pec-
catorū nostrorū z antecessorū nostrorū remediū assequendū in
perpetuā contuli elemosynā vniuersis ecclesijs Listercieñ ordi-
nis pedagium qđ habeo apud Adelin z in tota terra mea de om-
nibus reb⁹ quas duxerint vel portauerint p̄ prijs vecturis siue
cōducticijs in vsus p̄ prios expendendis / ipsi vero his bñficijs

non ingrati nobis omnium bonorum que in domibus suis faci-
unt et de cetero fient participium concesserunt/in cuius rei testi-
monium presens scriptum sigilli nostri appensione duximus robo-
randum. Actum anno domini M. cc. xxij.

379ⁿ

**Comes Maurian accipit in sua custodia
fratres Cisterciensium intrantes in terram suam.**

Thomas comes Mauriani et in Italia March omnium ca-
stellanis et ministris ceterisque fidelibus suis ad quos presentes
littere pervenerint Salutem et omne bonum. Noueritis quod nos acce-
pimus in nostram custodiam fratres Cisterciensium qui veniunt ad
emendos pices in terram nostram rationem faciendo et accipiendo
unde vobis precipimus ut ipsos et eorum res ab omni homine de-
fendatis. Actum in villanova Anno gratie. Milleesimo ducent-
esimo decimo nono kl. Januarij.

Alij innumerabiles inclitissimi tam Aragonum/Castelle/Fla-
uarre//Portugallie/que reliqui orbis reges/duces/comites/prin-
cipes/barones milites/potentes communitates/et etiam plures
archiepiscopi/episcopi/et presules vicarij christi/apostolorum suc-
cessores amplissimos fauores/privilegia/libertates/gratias/
commoditates Cistercio ordinisque Cisterciensium intuitu sanctimonie
et deuotionis eorum contulerunt/quas si magis in speciali decla-
rare vellemus/tedium forte multis afferemus.

Breuis quorundam sanctorum ac beatorum enumeratio ex am-
plissimo eorum numero qui sub huius sacri Cisterciensium ordinis
habitu et obseruantia altissimo pure famulando ob probatam
vite sanctimoniam declarantur et euidentem miraculorum ostensio-
nem/feliciter cum eo regnare creduntur/a libro qui exordium
Cistercij dicitur/a vita et operibus beati Bernardi/a multis
sanctorum historijs et tractatibus et ab nostris itinerarijs/in di-
uersa ordinis monasteria per varias mundi regiones lustrando